

55.

*Stachys maritima* omnino, si corollae luteae? Vide eandem Dill. elth. 5o. t. 42. f. 5o. sed nostra minor, verum in olla nata.

*Carduus mollis*, de quo respondi antea . simillimus nostris plantis, quae tamen apud nos numquam florere.

*Carduus pycnocephalus* omnino, maculae albae in foliis. *Drypis spinosa* optima figura.

*Trifolium apetalum* . in Mantissa altera descripta sub *Trifolio suffocato*, de quo respondi prius.

*Anastatica syriaca* . est omnino species *Anastaticae* generis, sed character debet in generibus emendari, ita ut hanc recipiat, exclusis scilicet alis silicularum . bene facis si des nobis hujus figuram perfectam cum floribus et foliis.

*Campanulam Tuam* non potui antea distinctam e specimine proponere. Haec Tua figura egregie hanc sistit et distinguit longis suis pedunculis, calyce reflexo etc. An corolla fere patens? an *Campanula* foliis cordatis, petiolis pilosis, pedunculis longissimis unifloris, calycibus reflexis?

Upsaliae, 1771. April. 12.

56.

Amplissimo DD. Jacquinio.

Iter Stockholmiam ad novum nostrum Regem, ubi diutius commoratus sum, distulit responsum.

12. *Sempervivum hirtum* forte erit, ob florem album . habeo plantam, mihi non floruit.

68. *Salsola sativa* mihi videtur.

69. *Hyssopus nepetoides*.

36. *Viburnum dentatum* omnino, adde fructum.

51. *Chaerophyllum coloratum*, si flores et involucria flava.